

JOSEF MACŮREK

## JEŠTĚ K OTÁZCE ČESKO-RUMUNSKÝCH VZTAHŮ NA PŘELOMU 16./17. STOLETÍ

Počátkem roku 1600 — v době urputných zápasů s tureckým světem ve východních částech střední Evropy<sup>1</sup> a zároveň ve chvílích vytrvalého úsilí valašského vévody Michala o spojení tří rumunských zemí (Valašska, Sedmihradska a Moldavska), vystavených politickému a vojenskému nátlaku ze strany Cařihradu, Vídně a Varšavy, v jeden politický útvar — došlo ke zvláštním stykům jmenovaného valašského vévody s českými zeměmi.<sup>2</sup> Jestliže už koncem srpna r. 1599 (31. VIII.) vévoda Michal získal donaci Rudolfa II. — navazuje za svých zápasů na všechny strany spolupráci s Habsburky — panství kynšperské v dolním Slezsku,<sup>3</sup> následovaly potom jeho přímé kontakty s prostředím českých zemí.

Počátkem února r. 1600 (2. II.) vévoda Michal adresoval českým stavům, lépe řečeno nejvyšším stavovským úředníkům či české stavovské vládě písemnou výzvu<sup>4</sup> s tím cílem, aby získal z českých zemí finanční pomoc, které mu bylo třeba za obnovených bojů s Turky. V tomto svém písemném projevu psal do Čech o svých dosavadních zápasech s tureckými vojsky

<sup>1</sup> J. Macůrek, Zápas Polska a Habsburků o přístup k Černému moři koncem 16. stol., Praha 1929.

<sup>2</sup> Srovn. J. Macůrek, Kapitoly z dějin česko-rumunských vztahů v minulosti. Sbor. prací FFBU. C 18–19, Brno 1972, str. 61–112. — Ze starších prací třeba zaznamenat úvahu „Cehi și Români in vremea lui Mihail Viteazul“ v knize M. Dan, Cehi, Slovaci și Români in veacurile XIII.–XVI., Sibiu 1944, str. 289–352.

<sup>3</sup> Donace uveřejněna v úvaze J. Macůrka v Prager Presse 5. V. 1929, podle ní v edici A. Veresse „Documente privitoare la istoria Ardealului, Moldovei și Țării Românești“, vol. VI, București 1933, str. 396/7, nověji v článku J. Macůrka „Kapitoly...“ str. 102–103.

<sup>4</sup> Soudobý přepis v rkp. v Leipziger Stadtbibliothek N. CCCCXXX–IV, f. 12g f. 399. — Prameně využil J. Macůrek v cit. článku z r. 1929 v Prager Presse a ve studii „Michal der Tapfere und die böhmisch-schlesischen Stände am Ende des 16. Jhts“, Revista istorică română II., București 1932, str. 349. Podle přepisu J. Macůrka, pořízeného po 1. světové válce, otiskl text r. 1933 A. Veress v „Documente“ VI., str. 28/29.

takto: „S jakým úsilím chráníme už sedmý rok — bez ohledu na vlastní prospěch — křesťanský svět proti strašnému nepříteli, je obecně známo. Ve svém počínání vytrváme do posledních chvil svého života. Křesťanský světě uvidí brzy, co získá naším přičiněním.“<sup>5</sup>

Na prvý pohled se zdá, že tu šlo o písemný projev mimořádného významu, který měl za cíl navázání užších kontaktů *především* mezi prostředím českým a rumunským, že tu bylo užito slov patřících *jedině* do sféry česko-rumunských vztahů<sup>6</sup> a *typických právě pro ně*.

Situace však vypadá jinak, přihlédneme-li k soudobým stykům jmenovaného valašského vévody s jinými evropskými zeměmi a mocnostmi, zejména s těmi oblastmi střední Evropy, které byly též ohroženy tureckou agresí, např. s Uhrami, jež se v té době omezovaly v podstatě jen na západní a severozápadní části někdejšího středověkého uherského státu.<sup>7</sup>

V tomto směru je pozoruhodný přípis, který vévoda Michal zaslal 1. února r. 1600 (tj. den dříve nežli českým stavům) ze svého sedmihradského sídla (tj. z Alby Julie) Mikuláši Palffymu, županu bratislavské a komárenské stolice, veliteli císařských vojsk na novozámecké pevnosti a významnému politickému i vojenskému činiteli v tehdejších Uhrách,<sup>8</sup> s nímž byl ve styku už dříve, jak ukazuje jeho list adresovaný M. Palffymu 14. I. r. 1600.<sup>9</sup>

Konfrontujme oba citované Michalovy listy (list adresovaný M. Palffymu 1. II. r. 1600 a list adresovaný českým stavům 2. II. r. 1600):

#### *List M. Palffymu*

Alba Julia 1. II. 1600

Illustrissime et magnifice domine et amice nobis observandissime.

Quanto cum ardore septimum iam abhinc annum studio iuvandae reipublicae christianae contra immanissimos eiusdem nominis hostes arma tractaverimus quosque successus dei praepotentis auxilio consecuti fuerimus et illmae ac magcae Dom. vrae et toti orbi christiano notum est.

Siquidem à quo primum tempore abiectâ barbarorum societate ad fidelitatem s. caes. regiaeque Mtis etc., domini nostri clementis-

#### *List českým stavům*

Alba Julia 2. II. 1600

Illustrissimi domini, domini nobis observandissimi.

Quanto cum ardore septimum iam abhinc annum studio iuvandae reipublicae christianae contra immanissimum eiusdem nominis hostem arma tractaverimus quosque successus dei praepotentis auxilio consecuti fuerimus et illmis Dom. vris et toti orbi christiano notum est.

Siquidem à quo primum tempore abiectâ barbarorum societate ad fidelitatem s. caes. regiaeque Mtis, nunc domini nostri clementissimi

<sup>5</sup> C. m.

<sup>6</sup> Tak hodnotí list J. Macûrek v „Kapitolách...“ str. 305 a dříve M. Dan v knize „Cehi, Slovaci și Români...“ str. 350/352.

<sup>7</sup> Srovn. J. Macûrek, Dějiny Maďarů a uherského státu, Praha 1934, str. 136 ad.

<sup>8</sup> Orig. v latinském jazyku s cyrilským podpisem Michalovým v Archivu Červený kameň na západním Slovensku sign. P. K. G. — Uveř. A. Veress v citov. edici VI., str. 22–24.

<sup>9</sup> Podle originálu (v jazyku maďarském s cyrilským Michalovým podpisem) v Archivu Červený kameň uveř. A. Veress v cit. edici str. 10/11.

simi animum adiecimus, ita semper favimus perspeximusque exoptatissimae nec unquam desperatae saluti libertatique christianorum, tot iam annis barbaricâ servitute pressorum, ut eius commoda privatis rebus, vitae, fortunae liberisque semper anteposuerimus.

Quo in studio cum ad extremum vitae spiritum perseverare omniaque nostra in unica christianitatis salute secundum deum posita esse cupiamus, sentimus nobis eas vires non esse neque etiam à s. caes. Mte commode copias in auxilium suppeditari, quibus tanti hostis potentia infringi et quam longissime a finibus christianis arceri posset.

Sed in hoc, quo maior rei bene gerendae accedat occasio, christianorum principum imprimis autem s. Mtis caes. benigno auxilio opus esse intelligimus, quos tam honestissimae, imo necessariae causae minime defuturos confidimus.

Inter quos cum hactenus etiam maximum et praecipuum rebus christianis adiumentum ab illâ et magn. Dne vrâ contra communem hostem accessisse sciamus, in posterum quoque praeclarum hoc et laudabile studium eius non solum non remissum, sed multis potius partibus auctum et cumulatum iri certo credimus.

Itaque illam et magcam Dom. vram pro publico reipublicae christianae bono vehementer rogamus imo obtestamur, (quod et sponte eam facturam non dubitamus), ut quanti salutem publicam facit, cum s. Mte sua et principibus christianis id consilii easque rationes inire velit, ut in subsidium sacri huius belli sua Mtas caes. tantam pecuniae vim nobis suppeditare dignetur, quanta non modo ad ducendum, verum etiam ad conficiendum gloriose bellum requiri debet.

animum adiecimus, ita semper favimus perspeximusque exoptatissime desperatae saluti libertatique christianitatis tot iam annis barbaricâ servitute pressus, ut eius commoda privatis rebus et fortunae omnibus anteposuerimus.

Quo in studio cum ad extremum vitae spiritum perseverare omniaque nostra in unica christianitatis salute posita esse cupiamus, sentimus nobis eas vires non esse neque etiam à s. Mte c. copias in auxilium commode suppeditari, quibus tanti hostis potentia infringi et quam longissime à finibus christianis arceri posset.

Sed in hoc, quo maior rei bene gerendae accedat occasio christianorum principum, imprimis autem s. Mtis caes. benigno auxilio opus esse intelligimus, quos tam honestissimae at imo gloriosissimae causae minime defuturos confidimus.

Itaque illas Dom. vras pro publico reipublicae christianae bono vehementer rogamus, ut quanti publicam salutem faciunt cum s. Mte caes. principibus christianis id consilii easque rationes ineant. ut in subsidium sacri huius belli sua Mtas caes. tantam pecuniae vim nobis suppeditare dignetur, quanta non solum ad ducendum, verum etiam ad conficiendum gloriose bellum requiri debet. Pigeat iam tae-deatque aliquando christianos tam

Pigeat iam taedeatque aliquando christianos tam insolenti et diuturnae barbarorum tyrannidi iugulum praeuisse.

Quod si, ut sperare libet, ex benignâ et liberali suae Mtis caes. clementiâ sacri istius belli gerendi cura auctoritasque nobis commissa fuerit, non militum et copiarum, quae in tam longum terrarum tractum opportune mitti non possunt, sed sufficientis duntaxat pecuniae, quae anima est rerum gerendarum, subsidium expetimus.

Sentiet brevi orbis christianus, deo vires largiente, quantum studio, operâ et industriâ nostrâ republica christiana augmentum sit acceptura, pro cuius salute nos fortunatos omnes, vitam ipsam et charissima quaeque in discrimen adducere non recusabimus.

Sperare certe cum insigni laetitiâ et expectatione audemus deum gloriosissimis his conatibus nunquam defuturum, cuius auxilio et hostis immanissimus à finibus christianis quam longissime arceri et salus atque incolumitas rebus christianis parari possit.

De reliquo nos propensae illae et magcae Dnis vrae voluntati diligenter commendantes eandem ad multos annos feliciter valere cupimus.

Datum Albae Juliae prima februarii anno domini 1600.

Illae ac magnificae Dominationis V. Io Mihail vovoda [cyrilským písmem].

Illustri et magnifico domino Nicolao Palffy de Erdeod, comitatum Posoniensis et Comaroviensis comiti, cubiculariorum regalium magistro arcisque et praesidii ujvariensis supremo praefecto et capitaneo, s. caes. regiaeque Mtis consiliario etc. domino et amico nobis observandissimo.

insolenti et diuturnae barbarorum tyrannidi iugum praeuisse.

Quod si, ut sperare libet, ex benigna et liberali s. Mtis caes. dispositione sacri istius belli gerendi cura auctoritasque nobis commissa fuerit, non militum et copiarum, quae in tam longum terrarum tractum opportune mitti non possunt, sed sufficientis duntaxat pecuniae, quae anima est rerum gerendarum, subsidium expetimus.

Sentiet brevi orbis christianus, deo vires largiente, quantum studio, operâ et industriâ nostrâ augmentum sit accepturus, pro cuius salute fortunatos omnes, liberos et vitam ipsam in secundum discrimen adducere non recusabimus.

Sperare certe cum insigni laetitiâ audemus deum gloriosissimis his conatibus nunquam defuturum, cuius auxilio et hostis immanissimus à finibus christianis quam longissime arceri et salus atque incolumitas rebus christianis parari possit.

De reliquo nos propensae illustrissimarum Dominationum vestrarum voluntati diligenter commendantes eandem ad multos annos feliciter valere cupimus.

Datum Albae Juliae 2. die februarii anno 1600.

Illustrissimarum Dominationum vestrarum servitor  
Michael wejda Walachiae princeps.  
Illustrissimis dominis senatoribus  
Bohemiae.

Srovnáme-li oba listy valašského vévody (list adresovaný M. Palffymu 1. II. r. 1600 a list adresovaný českým stavovským úředníkům 2. II. r. 1600), dospíváme k těmto závěrům:

a) Až na některá slova, která souvisejí s růzností adresátů, jde tu i tam o stejný text po stránce výrazové i obsahové.

b) List adresovaný českým stavovským úředníkům se opíral takřka do slova o list citovaný den předtím příslušníku uherské (maďarské) feudální třídy a vysokému uherskému státnímu hodnostáři; jinak řečeno listu z 1. II. se užilo v Michalově kanceláři jako formuláře při stylizaci listu adresovaného den nato do Čech.

c) V obou případech se stejným způsobem vyzvedaly zásluhy valašského vévody v soudobých bojích s Turky. Tu i tam byl zdůrazněn veliký význam Michalových válečných operací pro obranu Evropy a křesťanského světa.

d) V obou případech se objevovala žádost o finanční pomoc, která měla umožnit pokračování v protitureckých zápasech.

Uvážíme-li tyto skutečnosti, dospíváme k těmto poznatkům a metodologickým závěrům, pokud jde o studium vztahové problematiky:

a) Při studiu vztahů mezi dvěma oblastmi či mezi dvěma národy nelze přihlížet jen a jen ke skutečnostem na té či na druhé straně a pouze k pramenům, které se týkají jen těchto dvou oblastí či těchto dvou etnik.

b) Už v průběhu studia těchto dílčích vztahů, ale zejména při jejich konečném hodnocení třeba mít na zřeteli také soudobou situaci jinde, aspoň v nejbližším okolí, i soudobé prameny vztahující se k jiným oblastem a k jiným vzájemným stykům či vztahům.

c) Je třeba srovnávat vývoj událostí i vzájemné vztahy na různých, *nejméně na třech místech*, a prameny k nim se vízící.

d) Srovnávací studium se jeví tudíž nezbytné nejen při studiu a při hodnocení rozličných historických jevů či událostí, ale neméně také při studiu vztahové problematiky.

e) Teprve pomocí širšího srovnávacího studia lze lépe či správněji pochopit kvalitu, kvantitu či intenzitu vztahů mezi dvěma národy či mezi jejich teritorii.

Přes tato zjištění nelze říci, že by list valašského vévody Michala, adresovaný do Čech 2. II. r. 1600, neměl v rámci česko-rumunských vztahů větší váhy. Neboť v českých zemích nezůstal bez ozvěny. Reagovali na něj, aniž znali pozadí jeho vzniku či jeho širší souvislosti, představitelé české stavovské vlády.<sup>10</sup> Na analogický Michalův přípis, adresovaný do Slezska, odpověděli také nejvyšší slezští úředníci.<sup>11</sup> I když odpověď jed-

<sup>10</sup> Čeští stavovští úředníci valašskému vojvodovi Michalovi 8. III. r. 1600, soudobý přepis v rkp. Leipziger Stadtbibliothek CCCCXXX-IV. 12 g, f. 400b. — Podle přepisu, pořizovaného J. Macúrkem po 1. světové válce, uveřejnil A. Veress v citované edici VI. sv., str. 52/53. — Opravená redakce 1. konceptu uvedeného listu (Leipziger Stadtbibliothek rkp. CCCCXXX-IV. 12g, f. 401), lišící se od původní stylizace, dosud uveřejněna nebyla. Viz její text v příl. č. 1.

<sup>11</sup> Slezští stavovští úředníci vévodovi Michalovi 25. IV. 1600, Vratislav. — Soudobý přepis v rkp. Leipziger Stadtbibliothek CCCCXXX-IV. f. 12 g, 402 a-b. Viz příl. č. 3.

něch i druhých se pohybovala v rámci obecných formulí a je plná všelikých frází, běžných v tehdejší době, vysvítá ze všeho toto:

a) V českých zemích byly uznávány zásluhy valašského knížete za soudobých bojů s Turky, jejichž průběh byl sledován také v Čechách se zájmem.

b) Valašský kníže byl v obou případech vyzýván k vytrvání a k pokračování v těchto zápasech.

c) Za účelem pokračování ve válečných akcích byla mu přislibována z Čech i ze Slezska finanční pomoc.

V tomto pozadí bylo by třeba znovu hodnotit také další otázky, které spadají do rámce česko-rumunských vztahů na přelomu 16./17. století:

a) Tištěné i rukopisné zprávy z konce 16. a z počátku 17. století, které se tehdy objevovaly v českých zemích a týkaly se Michalových zápasů na půdě sedmihradské, moldavské i ve valašském Podunají.<sup>12</sup>

b) Otázku Michalova vlastnictví kynšperského panství v dolním Slezsku, které bylo Michalovi uděleno donací už r. 1599.<sup>13</sup> ale které se dostalo fakticky do jeho držení teprve po delších průtazích.<sup>14</sup>

Obě otázky by si vyžadovaly zvláštní úvahy.

---

<sup>12</sup> Některé soudobé tištěné zprávy, vydané v Praze, užil v citované knize *M. Dan.* Bylo by třeba přihlídnout ke zprávám všem, ať už byly tištěny v Praze, ve Vídni či jinde. — Rukopisné zprávy, které se zachovaly v hojnosti např. ve Stát. archivu v Třeboni, nebyly dosud při studiu dějin východních částí střední a jihovýchodní Evropy zpracovány. Také by tu bylo třeba srovnávat zprávy dodávané do Čech se zprávami dodávanými z jihovýchodní Evropy do Vídně či jinam. Zprávy, dodávané do Vídně, uveř. A. Veress v cit. edici VI.

<sup>13</sup> Viz dříve pozn. č. 3.

<sup>14</sup> Prameny k tomu, které byly uloženy před 2. svět. válkou v Archivu pražského hradu, odd. Dvorská komora, otiskl zčásti na základě prepisů pořizených J. M a c ú r k e m A. Veress v cit. edici sv. VI. 1933, str. 20 ad. Bylo by třeba přihlídnout ke všem příslušným pramenům.

*Čeští stavovští úředníci valašskému vévodovi Michalovi: Odpovídají na jeho dopis, uznávají jeho zásluhy v bojích s Turky, vyzývají k vytrvalosti, slibují finanční pomoc.*

Leipzig Stadtbibliothek, rkp. CCCCXXX—IV 12 g, f. 400, soud. přepis. Otiskl s některými nepřesnostmi A. Veress v cit. edici Doc. VI, str. 52—53.

Illustrissime domine, domine ac amice nobis colendissime. Legimus literas Dominationis vrae proximis calendis februaryiis ad nos exaratas. Ex his cognovimus, quanta sit illmae Dominationis vrae spes reposita in septennali s. Mtis caes. domini nostri clementissimi contra immanissimum, versutissimum et potentissimum libertatis christianae hostem feliciter suscepta expeditione, quamque cupiat suppeditatis rerum gerendarum nervis maximis copias barbarorum terras adoriri. [Po straně: Ad quae dexterius conficienda s. caes. Mti toto christiano orbi illma Dominatio vra omnem suam operam sine ullâ periculi exceptione deferat.] Nobis utique multa utramque in partem cogitantibus verba deesse videntur, quibus summum studium singularemque ardorem illmae Dominationis vrae ad nominis christiani defensionem digne extollere satisque commendare valeamus. quid enim offerre, addi posse dicemus tanto animi fervori, qui pro reipublicae christianae salute et incolumitate fortunas omnes suas, liberos et suam ipsius vitam in summum discrimen adducere non dubitet? Verum cum illma Dominatio vra prolixam egregiarum suarum virtutum commendationem a nobis hoc loco minime expectare arbitremur, missia haec facimus. Quod nos respicit, illme domine, non est ignotum Celsitudini vrae inclytam hanc nostram rempublicam cum incorporatis suis provinciis per exactum iam integrum septimum non exiguam turcici belli pondus subisse nec ullis vel maximis sumptibus pepercisse. Quippe hoc tam longo et assiduo bello tot vires exarmavimus, tantum pecuniarum erogavimus, ut plures exarmare maioremque spondere pecuniae vim, licet extrema quaeque tentemus, vix tamen possemus. Nos autem, quanquam diuturni et vere infelicis huius belli mole defessi et propemodum oppressi, non desistemus tamen summâ necessitate adacti terrae hungaricae, nobis admodum vicinae, uti par est, pro omni nostrâ virili opem ferre, quantum et quamdiu vires patientes. Siquidem id in proximis huius regni comitiis abunde declaraverimus, in quibus denuo inclyti regni proceres, licet aegerime et non sine summâ subditorum vexatione, attento tamen externo rerum summe periclitantium discrimine, sponte suâ ad bellum praefatum gloriose continuandum non exiguas suppetias, quae pro rerum et temporum conditione praebere possent, decreverunt matureque subministrare polliciti sunt: Nunquam dubitantes, quin s. Mtas caes. non sacri romani imperii duntaxat ope, verum etiam ascitis externorum regum, principum aliorumque populorum subsidiis apertum hoc bellum ita sit adornatura, ut sibi ullâ in parte non defuisse necnon et praeclaram vereque magnificam expeditionem ad reprimendam insolitam turcarum ferociam parasse, toti terrarum

orbi pateat. Nos annitemur profecto spei, quam illma Dominatio vra de nobis conceperit, quantum quidem in nobis erit positum, respondere nec promptitudine vel ardore animorum cuiquam ditioni cedere conabimur.

Quod reliquum est illme domine macte amplissimis virtutibus et rebus egregie gestis, nos licet de illma Dominatione vrâ optima quoque nobis pollicemur, tamen uti eandem amanter rogamus, ita et maiorem in modum hortamur, ut in suo laudatissimo animi proposito ad solatium omnium christianorum populorum strenue pergat et, quod hactenus summâ cum laude fecerit, hostiles inniurias à finibus christianis quam longissime propulset laudumque encomiis vel omnes omnium aetatum heroas, quos magnanimitate rerumque bellicarum peritia pene aequaverit, superare atque ita non solum ipsi caes. Mti, sed et sibi nomen immortale comparare contendat. Hoc illmam Dominationem vram nos omnes et singuli amice petimus, hoc tota Germania devota ab illa expectat, hoc denique et ipsa s. Mtas caes. ab eadem augustissimo quodam iure suo requirit et desiderat. Quorum quidem auctoritatem, dignitatem et salutem illma Dominatio vra tanti, quanti fortunas omnes suas et vel vitam ipsam facere debet. In cuius aeviternam gloriam nos sumus semper magno studio quam paratissimi. Quam etiam diu incolumem atque florentem esse amice expetimus. Datis ex regiâ arce Pragensi in consilio secretiori bohémico VIII. die mensis martii anno DC.

Illmae Dominationis vrae affectissimi servi.

Inclyti regni Bohemiae supremi officiales status et s. caes. Mtis consiliarii.

(2.)

Březen 1600, Praha

*Čeští stavovští úředníci valašskému vévodovi Michalovi: Odpovídají na jeho dopis, uznávají jeho zásluhy v protitureckých bojích, vyzývají k vytrvalosti, slibují finanční pomoc.*

Leipziger Stadtbibliothek, rkp. CCCXXX—IV 12 g, f. 401 b, correctio, soudobý přepis.

Illustrissime domine, domine observandissime. Magnâ cum animi voluptate literas illmae Dominationis vrae proximis calendis februariis ad nos exaratas legimus. Ex iis facile perspeximus, quantâ fide, sedulitate et diligentia statim ab eo tempore, ex quo renunciatâ barbaricâ societate sac. caes. regiaeque Mtis, domini, domini nostri clementissimi partes complexa est, huic uniae rei summo studio invigilaverit, ut truculentissimi hostis vires cis et ultra Danubium in contiquis Thraciae et Daciae partibus distineret illisque copias à suae Mtis caes. provinciis averteret. Etsi autem iam pridem nobis probe cognitae sunt egregiae illmae Dominationis vrae animi dotes et quam felices illi successus deus opt. max. multocius adversus praedictum hostem benignissime concesserit, adeo ut ipsius virtute et consilio hostilium exercitus caesi, multa christianorum millia in libertatem asserta, oppida capta, fines suae caes. Mtis probati et paucis abhinc mensibus provincia Transylvania fortitudine et dexteritate suâ ex hostium manibus erepta imperioque aug. caesaris denuo subiecta essent, tamen gratissimum nobis accidit tam praeclarum illmae Dominationis vrae animum et inde-



fessum in prosequendo hoc necessario et inprimis gloriosissimo bello studium quodammodo penitus ex ipsius literis intelligere. Macte itaque illustrissime domine hâc virtute et ad nova fortia facta se accingat nihilque plane de hoc ardore et laudabili sac. caesari inserviendi conatu remittat, sed potius prioribus victoriis auspiciis s. Mtis novas addens immortalī suâ cum gloriâ foelici omine [!] contendat nec dubitet, quidquid hactenus actum et gestum est, id ex voluntate praepotentis dei accidisse. Qui cum optimo caesari indiderit, ut illmae Dominationis vrae operâ et consilio in propulsando inimico tanto cum ipsius honore uti decreverit pluribus illmam Dominationem vram cohortari, ut vulgo dici solet, sponte currenti calcar addere velle, arbitramur minime necessarium esse, cum de ipsius ad omnia pericula in gratiam sac. caes. Mtis et pro bono totius christianitatis, cui se totum conservavit, intrepide obeunda animo promptissimo nullatenus addubitemus. Voto tamen illmam Dominationem vram prosequimur et ut deus optimus max. consilia et actiones illius ad laudem nominis sui sanctissimi et sac. caes. Mtis populorumque fidelium quam subditorum utilitatem fortunare seque immanissimo hosti insignem victoriam illmae Dominationis vrae concedere vellet, ipsius bonitatem supplices deprecamur. Caeterum quantum ad nos et inclytum hoc Bohemiae regnum attinet, nunquam certe defuimus nostro officio, sed per totum hoc septemium maxima et firmissima auxilia ad clementissimam requisitionem sac. caes. Mtis lubente animo concessimus et hoc etiam anno benignissimo desiderio suo ea qua par est animi submissione satisfacimus nec omittemus, ut in posterum merito, quod in nobis desiderari posset at scimus sacr. caesarem pro sua erga rempublicam christianam toti mundo satis superque testatâ pietate omnes cogitationes suas eo convertere, ut undique intra et extra sac. romanum imperium auxilia conquirit et summis viribus bellum inimico inferat. Erit illmae Dominationi vrae, ut sibi de tam vigilantissimo et clementissimo caesare optima quaequam polliceatur, qui non solum necessariis auxiliis eam sit instructurus, verum etiam honori et dignitati ipsius et liberorum eius recte consulturus. Quod reliquum est illmae Dominationi vrae amica et promptissima nostra officia prolixè deferimus eamque quam felicissime valere ex animo optamus. Datum Pragae 7. nonas<sup>a)</sup> martii anno 1600. Illustrissimae Dominationis vrae servi, inclyti regni Bohemiae supremi officiales et s. caes. Mtis consilarii.

Illustrissimo domino, domino Michaeli waiwodae Walachiae Transalpinæ, sac. caes. Mtis consiliario et supremo exercitus in partibus Dacicis ductori et praefecto, domino et amico nostro observandissimo.

a) Datování toto je nemožné. Třeba nepochybně uvést totéž datum jako v předcházejícím listu.

(3.)

25. IV. 1600, Vratislav

*Slezští stavovští úředníci valašskému vévodovi Michalovi: Obdrželi jeho dopis, povzbuzují k další bojové činnosti, slibují pomoc.*

Leipziger Stadtbibliothek rkp. CCCXXX-IV, f. 12 g, f. 402 a-b, soud. přepis.

Illustrissime princeps et domine honorande. Literas Dilectionis et illmae Dominationis vrae superioribus diebus ad nos peramanter scriptas accipi-

mus, ex quibus non solum felicissimus adversus christiani nominis hostem immanissimum successus atque rerum gestarum magnitudinem, verum etiam Dilectionis et illmae Dominationis vrae animum benevolentissimum et summam erga sac. caes. Mtem, dominum nostrum clementissimum totamque rempublicam christianam fidem et propensionem non sine magnâ laetitiâ intelleximus. Quae quanquam multorum literis, testimoniis atque fama ipsâ nobis antea cognita erant, ut de Dilectione et illmâ Dominatione vrâ maxima quaeque nobis polliceamur, tamen literae Dilectionis et illmae Dominationis vrae suavissimae eo magis in ea nos confirmant atque erigunt sententiâ, ut plane speremus nihil non Dilectionem et illmam Dominationem vram facturam esse, reliqui quod ad iuvandam, tuendam atque propugnandam christianitatis salutem affere aliquid adiumenti videbitur. Quare Dilectioni et illmae Dominationi vrae ex animo sincere gratulamur eidemque gratias maximas pro tantis in rem christianam collatis beneficiis, studiis, laboribus et vigiliis habemus deumque sedulo precamur, ut Dilectionem et illmam Dominationem vram diu superstitem esse velit ad divini nominis sui gloriam et afflictae reipublicae christianae salutem atque emolumentum. Ad continuationem sumptuum bellicorum quod attinet, proxime praeteritis comitiis provincialibus ad sac. caes. Mtis postulata principes et status huius provinciae non minus atque reliqui regni Bohemiae procures in annum praesertim milites et sumptus belli pro facultate harum regionum satis quidem maximas promptissimo animo decreverunt non dubitantes, quod sac. caes. Mtas illa ipsa auxilia, ubi necessitas urserit, sit conversura atque eo sua consilia collatura, ne laudabilibus et honestissimis Dilectionis et Dominationis vrae illmae conatibus defuisse videatur. Interea à Dilectione et Dominatione vrâ illmâ contendimus atque petimus, ut pro suâ virtute et animi magnitudine res christianorum sibi commendatissimas habeat pro gloriâ dei atque libertate, quae vitâ nobis carior esse debet, acerrime pugnet. Quo vel ipso Dilectio et illma Dominatio vra sibi suisque divinam benedictionem conciliabit et nomen ad posteros aeternum et memoriam indelebilem transmittet laudem atque gratias meritura sempiternas. Nec dubitet Dilectio et illma Dominatio vra nos omnia, quae ad sustinendum huius belli molem necessaria sunt et à nobis praestari possunt, pro virili sac. caes. Mti, domino nostro clementissimo, facturos esse atque impensuros. Dilectioni et illmae Dominationi vrae officia et studia nostra omni loco et tempore promptissima deferimus atque pollicemur. Ene et feliciter Dilectio et illma Dominatio vra cum omnibus suis valeat. Dabantur Wratislaviae in conventu principum et statuum Silesiae 25. aprilis anno reparatae salutis 1600.

Dilectionis et illmae Dominationis vrae amicissimi et observandissimi n. n. principes et status superiors et inferioris Silesiae.

Illustrissimo principi ac domino Michaeli waywodae Walachiae et s. caes. Mtis illis in locis supremo militiae praefecto, amico nostro carissimo, domino honorando.